

PRAEFATIO.



Væ supra nos, nihil ad nos, non omnino male quondam astrognosiae præferens morum emendationem paganus dixit Socrates. At multo forte rectius Christianus dicere poterit: Quæ infra nos, nihil ad nos. Quippe cuius cor & animus, relictis & conculcatis inferioribus, sursum feruntur: qui superna sapit, & quærat, illic existentia, ubi Christus est sedens ad dextram DEI. Col. III,

Et profecto etiam quæ circa nos, nihil ad nos, quorum non est 1. 2. ea sapere quæ in terris sunt: quorum conversatio & negotiatio est in cœlis. Cumque Paulus de iis qui extra ecclesiam 20.

sunt, extra regnum cœlorum vagantur, dicat: Quid ad me e- 1. Cor. V, tiam extraneos judicare? Quid quæso ad nos judicare, curare, 12.

considerare in extimis tenebris constitutos, catenis tenebrarum ad tartara detrusos? Verum tamen quis est, quem lateat, eam esse hominum etiam Christo addictorum miseriam, ex quo semel primus humani generis parens Satanæ fraudes in se incaute admisit, ut, quamdiu mortalem hanc vitam vivimus, multo jam m̄gis Satanæ fraudibus simus expositi?

Quantumcunque sancta mentis elatione caput inter sidera gestaverimus, quamdiu tamen pedibus terram adhuc tetigerimus, h. e. ut Paulina phrasí rursus utar quamdiu ex mundo non exiverimus, quoad terrenæ hujus, domus nostræ tabernaculum dissolutum non fuerit: nunquam non & ea quæ circa 10.

nos, etea quæ infra nos sunt, nos ad se trahere tentant, & a super- 2. Cor. V, nis abstrahere. Quinimo lucta nobis semper est non modo ad ver- Eph. VI,

fus carnem & sanguinem, sed etiam adversus imperia, & potestates, 12.

& mundipotentes ipsarum illarum tenebrarum seculi huius. qui a- deo etiam in cœlos nobiscum adscendunt, quo nostros elevavimus animos, ut fallant certius, miscentes se spiritualibus coepitis, ausis, institutis nostris, tanquam & ipsi spiritualia malignitatis in cœlestibus existentes, τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας τοῖς ἐπεγενόμενοις. Nimiriū cum DEUS hominem creaverit, & Iapsum restituerit, ut laudaret ipsum atque celebraret; per-